



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

4. De grauitate pœnarum ex Adæ peccato in posteros redundantium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60091)

IV. *De gravitate poenarum ex Ada peccato
in posteros redundantium?*

Gravitas harum poenarum secundum quatuor dimensiones sic potest expendi.

I. **L**atitudo harum est multiplicitas & extensio earundem ad omnes ex vitiata hac stirpe oriundos: videlicet, privatio gratiæ & amicitia Dei, amissio iuris adoptionis filiorum, & regni cœlorum: reatus culpæ originalis & poenæ gehennalis: ademptio iustitiæ originalis, ex qua sequitur tanta in intellectu cœcitas, in voluntate peruersitas, in memoria & phantasia lubricitas, in appetitu sensitiuo ad malum pronitas, ad bonum tarditas; tanta in passionibus coercendis, carnisque concupiscentijs frangendis fragilitas; atque ex his, velut impurissimis fontibus, tanta, tot, tamque abominandorum peccatorum multitudo, varietas, enormitas; insuper tanta omnium damnatorum, & damnandorum, tot poenarum & tormentorum varietas. Heu, quod ex vna infecta scaturigine sordidissima flumina tot peccatorum, ærumnarum, suppliciorum profluxere!

te! si tanta grauitas vnus inobedien-
tia, in vetito pomo comedendo, qua-
lis erit grauitas tot horrendorum fla-
gitiorum? His expensis concipiendus
horror omnis peccati cum intima con-
tritione, & proposito emendationis,
quod & in sequentibus punctis est fa-
ctitandum.

II. Altitudo earum pœnarum seu
sublimitas, est singulorum grauitas,
quod videlicet priuent totam Adæ
sobolem fruitione summi boni, vti est
amicitia Dei, gratia & gloria; & sum-
mum ijs accersant malum, vti est of-
fensa Dei, reatus culpæ, & pœnæ, in
tempore, & æternitate.

III. Longitudo est continuata du-
ratio propagationis primogeniæ labis,
& miseriarum inde manantium, à pri-
mo vsque ad nouissimum Adæ filium
in fine mundi nasciturum, excepta
semper immaculata Virgine, cum filio
immaculatissimo, fonte omnis pari-
tatis.

IV. Profunditas est incomprehen-
sibilitas rigoris diuinæ iustitiæ, tam fe-
uerè vnicum peccatum, non solum in
primis parentibus, sed tot millenis
millibus posterorum castigantis, &
quidem infra condignum: ô incom-

prehensibilem abyssum malitiæ vel
vnius peccati, quod à Deo infinitè iu-
sto & misericorde sic punitur!

V. *De gravitate pœnarum, quæ ob vnicum
peccatum lethale incurrun-
tur.*

*Harum pœnarum gravitas simili discursu
secundum quatuor dimensiones potest
estimari.*

I. **L** Atitudo pœnarum vni lethali
culpæ deuitarum, est earum mul-
tiplicitas, quarum aliquæ in hac vitâ,
aliæ in futurâ persolvendæ. In hac qui-
dem vitâ iusto Dei iudicio per quod-
uis mortale peccatum vel semel tantû
commissum incurruntur hæ: privatio
gratiæ iustificantis, amissio iuris filij,
hæredis Dei, cohæredis Christi, fœdifi-
sima animæ conspurcatio, perpetuus
conscientiæ remorsus, continuus mœ-
ror, irrequietus mortis, iudicij, inferni
horror, subtractio, præterea auxiliorû
vberioris gratiæ, faciliior in graviora
peccata prolapsio, in malo obduratio,
desperatio, præter innumeras penè
corporales misérias. In alterâ vitâ hæ:
privatio gloriæ essentialis animæ, seu
bea-